

1695.

1310 d. 12 Sept.

Skeninge.

FOLKE JONSSONS fullmakt för Arkebiskop Nils i Upsala och Priorn Israel i Sigtuna, att förpanta hans i öfre Sverige belägna gods för 50 mark silfver, i Lödöse vigt.

B. 2: 46 & 104.

Omnibus presens scriptum Cernentibus, FULCO JONSON salutem in domino sempiternam, tenore presencium constare volo, omnibus euidenter, quod venerabili patri domino nicolao, dei gracia archiepiscopo vpsalensi et religioso viro fratri israeli priori sictuniensi auunculo meo karissimo predia mea vbicunque in superiori swecia sita, auctoritatem ac potestatem plenariam do et committo pro quinquaginta marcis puri argenti sub pondere lydhosiensi inpignorandi, ordinandi, obligandi ad vnum diem quem eis placuerit, prout meis vtilitatibus viderint aut iudicauerint, expediri, ratum et gratum habiturus quicquid per ipsos, ordinatum, gestum aut procuratum fuerit in premissis In cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo, magnifici principis, domini mei birgeri, dei gracia sweuorum gothorumque regis presentibus est appensum, datum skæningie anno domini Millesimo CCC^o X^o sabbato proximo post natiuitatem beate virginis gloriose.

1696.

1310 d. 14 Sept.

Vårfruberga.

Anders Eskilssons enka, MARGARETA ERIKSDOTTERS fastebref på byte af jord i Husaby Vansö, Plangastum, Husaby Byringe, Askarne, Sanda, Hedemora, Söderby, Himinum, Skumera, Lilla Vestby till Abbedissan Kunigund i Vårfruberga kloster, emot jord i Svepenäs och Nordhamra.

A 3. k.

Omnibus presentes litteras inspecturis, MARGARETA ERICI filia, Relicta Andree Eskilson, bone memorie Salutem in domino sempiternam Quoniam propter hominum labilem memoriam viteque breuitatem, acta hominum multociens in dubium reuocantur, nisi litterarum testimonio ac scripturarum superstite perhennantur, Constare volo omnibus euidenter me cum nobili et religiosa domina, domina Kynigundi abbatissa de Monte beate virginis Marie totoque conuentu ibidem quandam commutationem curiarum et prediorum fecisse in hunc modum, Recognosco nimirum me dicte domine abbatisse conuentuique eiusdem curiam meam in husaby vansøø cui subiacent XIII ore terre cum .I. solido terre Jtem in plangastum .X. solidos terre In husaby byringi VIII^o solidos terre, In Askarnum .V. solidos terre cum dimidio Jtem in Sandum vnam oram terre dimidio tercio denario terre minus In hedhymorum vnum solidum terre In Sudherby vnum solidum terre. In himinum vnum solidum terre. Jtem in Skumarum vnum solidum terre et in listlavæstby dimidium solidum terre, Cum omnibus predictis curiis et